

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Augustinus episcopus: sermo in natale plurimorum martyrum

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

ad absolutionem nr̄am passio-
nem illius reparamus.
ultos ut arbitror ^{ur̄m} fr̄s k̄m̄i
contigit nosse hoc quod uolo
ad memoriam ur̄am narrando
reuocare. Non longe an̄ris
fertur temporibus factum
quod quidam ab hostibus ca-
ptus longe transductus est.
Cumq; diu tenetur in uinculis
eum uxor sua cum ex eadem
captiuitate non reciperet.
extinctum putauit. Pro quo
iam uelut mortuo hostias
ebdomadibus singulis cura-
bat offerre. Cuius totiens
uincula soluebantur in capti-
uitate. quotiens ab eius coniu-
ge oblatae fuissent hostiae.
pro animae eius absolutione.
Nam longa post tempora reuer-
sus admirans ualde suae indi-
cauit uxori quod diebus ceteris
ebdomadibus singulis eius

uincula soluebantur. Quos ui-
delicet dies eius uxor atque
horas discutens. tunc eum
recognouit absolutum cum
pro eo sacrificium meminerat
oblatum. Hinc ergo fr̄s k̄m̄i
hinc certa consideratione col-
ligite. oblata a nobis sacra
hostia quantum in nobis solue-
re ualeat ligatura cordis. si ob-
lata ab altero potuit in altero
soluere uincula corporis.

IN NATALE PIVRI

MORVM MARTIR.

SERMO BEA

TI ANGVSTINI EPI.

SALMVS

QUI CANTATUR DNO UIDE-
tur sc̄is martyribus conueni-
re. Sed si membra xpi sumus
sicut esse debemus. ad omnes
nos pertinere intellegamus.

Qui seminant in lacrimis in gaudio metent. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Uenientes autem ueniunt in exultatione tollentes manipulos suos. Quo euntes. Aut unde uenientes. quid seminantes in lacrimis. quae sunt semina. qui manipuli. Euntes in mortem. uenientes a morte. Euntes nascendo. uenientes resurgendo. seminantes bona operā. metentes mercedem aeternam. Semina ergo sunt nostra. quicquid boni fecerimus. manipuli nostri. quod in fine recipiemus. Si ergo bona sunt semina bona opera. quare cum lacrimis. Cum hilarem datorem diligat deus. Hic primum uidete karissimi. quomodo maxime ad beatos martyres uerba ista pertinent. Nulli enim tantum im-

penderunt. quam illi qui se ipsos impenderunt. sicut dicit apostolus paulus. Et ipse impendar pro animabus uestris. Impenderunt enim se ipsos confitendo christum. et implendo in eius adiutorio quod dictum est. Ad mensam magnam sedisti. scito quo talia te oportet praeparare. Quae est mensa magna. nisi unde accipimus corpus christi et sanguinem. Quae est. scito quo talia te oportet praeparare. nisi quod beatus iohannes exponit. Sicut christus pro nobis animam posuit. sic et nos debemus animas pro fratribus ponere. Ecce quantum impenderunt. sed numquid perierunt. quando securitatem a domino etiam decapillo acceperunt. Perit manus. ubi non perit pilus.

Perit caput. ubi non perit capil-
 lus. Ubi non perit palpebra.
 perit oculus. Hac ergo ma-
 gna accepta securitate. impen-
 derunt se ipsos. Operibus ^{iiii.}
 ergo bonis seminemus cum
 tempus est. dicente apostolo.
 Qui parte seminatur. parte et me-
 tet. Infatigabiles inquit cum
 tempus habemus operemur
 bonum ad omnes. maxime
 aut ad domesticos fidei. Et
 iterum. Bonum ^{inquit} itaq. facien-
 tes non deficiamus. Tempo-
 re enim suo metemus. non de-
 ficientes. Qui defecerit in se-
 mine. non gaudebit in messe.
 Quare ergo in lacrimis. cum
 omnia bona opera nostra habe-
 re debeant hilaritatem. et
 quidem de martyribus dici
 potest. quia cum lacrimis se-
 mina uerunt. Fortiter eni ^{v.}
 ceciderunt. et in magnis tri-

bulationibus fuerunt. Nam
 ut eorum lacrimas xpc conso-
 laretur. transtulit eos. et trans-
 figurauit eos et dixit. Tristis
 est anima mea usq. ad mortem.
 Verum tamen frs mei. uidetur
 mihi quod caput nrm infirmi-
 oribus suis membris compas-
 sum est. ne de se forte membra
 infirma desperarent. Sicut
 est humana fragilitas morte
 propinquante percubaren-
 tur et dicerent. non se ad dm
 pertinere. Nam si pertinere
 gauderent. hoc prius xpc
 dixit. Tristis est anima mea
 usq. ad mortem. Pater si fie-
 ri potest. transcat a me calix
 iste. Quis hoc dicit. quae
 potestas. quae infirmitas. au-
 dite quid dicit. Potestatem
 habeo ponendi animam meam
 et potestatem habeo iterum
 sumendi eam. Nemo tollet

vi.

ame. sed ego pono eam. et ite-
 rum sumo eam. haec pote-
 stas tristis erat quando faci-
 ebat. quod non faceret nisi
 uoluisset. Potestate enim
 fecit. non conditione. quia
 ipse uoluit. non quia iude-
 us potuit. Transfigurauit
 ergo in se infirma membra
 corporis sui. et forte de illis
 dictum est. qui seminant
 in lacrimis. in gaudio metent.
Idest de infirmioribus. Non
 enim in lacrimis seminabat
 ille ipsius xpi magnus prae-
 co. quando dicebat. Ego
 enim iam immolor. et tem-
 pus meae resolutionis instat.
Bonum certamen certauit. cur-
 sum consummauit. fidem ser-
 uauit. de cetero super est
 mihi corona iustitiae. Co-
 rona de manipulis. Super-
 est inquit mihi corona iusti-

tiae quam reddet mihi dñs
 in illa die iustus iudex.
Quasi diceret. reddet mihi
 messem cui me ipsum im-
 pendo sementem. haec
 uerba quantum intellegi-
 mus fr̄s exultantis sunt p̄
 plorantis. Numquid quan-
 do ista dicebat in lacrimis
 erat. Nonne similis erat
 hilari datori quem diligit
 dñs. Ad infirmos ergo refe-
 ramus haec uerba. ut nec
 ipsi desperent qui in lacri-
 mis seminarunt. Quia & si
 seminarunt in lacrimis.
 transiit dolor et gemitus.
 transiit tristitia cum fine.
 et uenit laetitia sine fine.
Uerum tamen k̄mi ecce quo-
 modo mihi uidetur ad om̄s
 pertinere quod dictum est.
 qui seminant in lacrimis in
 gaudio metent. Eunt es

ibant et flebant mittentes se-
 mina sua. Uenientes aut ue-
 nient in exultatione tollen-
 tes manipulos suos. Audite
 si adiuuante dno explicare
 potuero que admodu ad om̄s
 ptineat. cunctes ibant et fle-
 bant. Ex quo nascimur.
 Imus. Quis enim stat. quis
 non ex quo tuam intrauit
 cogitur ambulare. Infans
 natus est. crescendo ambu-
 lat. Mors finis est. indie-
 iam ueniendum est. sed cu
 exultatione. Quis enim non
 hic plorat in uia ista mala.
 quando ipse infans inde in-
 cipit. Utique infans quando
 nascitur de angustis uteri
 in huius mundi latitudine
 funditur. de tenebris proce-
 dit ad lucem. Et tamen de
 tenebris ueniens ad lucem
 plorare potest. ridere non

potest. Et rident homines.
 et plorant homines. Et quod
 rident homines plorandu est.
 Sed plorat alius damnum suu.
 plorat alius pressuram sua
 quia in carcere est constitu-
 tus. plorat alius quod ami-
 serit mortuum aliquem
 carissimorum suorum. Ille
 hinc. ille hinc. Iustus unde.
 primo de his omnibus. Iustus
 enim plorat ueraciter. plo-
 rantes steriliter. plorat
 plorantes. plorat ridentes.
 Quia et qui plorant de rebus
 uanis inaniter plorant. &
 qui rident de rebus uanis.
 malo suo rident. Ille ubiq.
 plorat. plus ergo ipse plo-
 rat. Sed ueniens cum exul-
 tatione portantes manipu-
 los suos. Uidens ergo homi-
 nem iustum cum facit opus
 bonum hilarem esse. Itapla

ne hilarescit. Hilarem enim
datorem diligit dñs. Quando
ergo plorat. quando bona
opera sua orando commendat.
Orationes scorum uoluit com
mendare psalmus. Orationes
peregrinantium. Orationes
in hac uia laborantium.
Orationes amantium. Orati
ones gementium. Orationes
aeternae patriae suspiran
tium. donec ea uisafatent
qui nunc in merore sunt con
stituti. Etenim fratres mei
quamdiu sumus in corpore.
peregrinamur ad dño. Non
desiderat patriam peregri
natio sine lacrima. si desi
deras quod non habes. funde
lacrimas. Nam unde dictu
rus sis dō. posuisti lacrimas
meas in conspectu tuo. Un
de dicturus sis dō. factae sunt
mihi lacrimae meae panis

die ac nocte. Panis mihi facte
sunt. consolatae sunt esurien
tem. paucerrunt gementem.
Factae sunt mihi lacrimae meae
panis die ac nocte. Unde.
Ouid dicitur mihi cottidie
ubi est dñs tuus. Quis iustus
non habuit istas lacrimas.
qui non habuit peregrinum
se esse non doluit. Qua fron
te ad patriam uenit quonon
absens suspirauit. Nonne
cottidie nobis dicitur. ubi est
dñs tuus. Discite fr̄s mei dis
cite de paucis esse. bene ui
te. ambulante uiam dñi. et ui
dete quae auditis. ubi est dñs
tuus. Felices eritis. cum hoc
audieritis. infelices si dixer
itis. Quando enim defendi
mus fidem xpianam et respon
detur nobis. ecce praedicat
ubiq. nomen xpi. quare
abundant mala. quid aliud

dicitur nisi ubi est dñs tuus.
 Qui audit gemit. quia quidi-
 cit perit. Sunt lacrimae pi-
 orum. sunt lacrimae scōrū
 quas indicant orationes eorū.
 Bene operatur et hilaris est.
 et plorat ut bene operetur.
 Plorat quia bene operatus est
 plorando exigit bonum opus
 plorando commendat bonū
 opus quod fecit. Crebrae
 ergo sunt lacrimae iustorū
 sed in ista uita. numquid in
 patria. Quare non in patria
 quia uenientes uenient in
 exultatione portantes ma-
 nipulos suos. Felicitas uenit.
 numquid lacrima redit.
 Porro autem illi qui hic ina-
 niter plorant. in aniter ri-
 dent. cupiditatibus suis dis-
 sipati. quando fraudantur
 gemunt. quando fraudant
 exultant. Plorant et ipsi in

uia ista. plorant et ipsi. sed non
 exultatione. Uenientes autē
 uenient in exultatione por-
 tantes manipulos suos. Quid
 colligunt qui nihil seminaue-
 runt. Immo colligunt sed qd
 seminauerunt. quia semina-
 uerunt spinas. colligunt ignē.
 et eunt non defletu ad risum.
 sicut scī euntes ibant et fle-
 bant mittentes semina sua.
 Uenientes autem uenient in
 exultatione. Illi a fletu ad fle-
 tum. a fletu cum risu ad fletū
 sine risu. Quid enim illis fiet
 quo eunt quando resurrexe-
 rint. Quid. nisi quod dñs di-
 xit. Ligate illis manus et
 pedes et proicite illos in tene-
 bras exteriores. Age quid
 postea. tenebrae erunt et do-
 lor non erit. forte palpabunt
 sed non dolebunt. Non uide-
 bunt sed non cruciabuntur.

absit. Non solae tenebrae
erunt. non eis sola tollitur
species qua gaudebant. sed
datur etiam quod in aeternū
gemant. Ne contempneres
enim tenebras. o quisquis es
flagitiosus. qui soles propter
tua mala facta. et propter
lasciua aduttria. non solū
tenebras non horrere. sed que
rere. Qui soles plus gaudere
quando lucerna extinguit.
non tales tenebras habebis
ubi gaudebis. ubi laeteris.
ubi te uoluptatibus carnis
oblectes. Non sic erunt ip
sae tenebrae. sed quomodo
erunt. Ibi erit et fletus et
stridor dentium. Tortor si
ne defectu. tortus sine defe
ctu. ne qui torquet fatiga
tur. nec qui torquetur morit̄.
Ergo erunt aeternae lacrimae
illis qui sic uixerunt. Erunt

aeterna gaudia scorum. quan
do uenientes uenient in exul
tatione portantes manipu
los suos. Dicent enim mes
sis tempore domino suo.

Onē. adiuuante te fecimus
quod iussisti. redde quod
promisisti in aeternum.

IT̄ IN ESTIUIT MARTIN.

LEC. SCI. EŪ. SEC. LUC. A.

I N illo tempore.

O es cendens iue de monte.

stetit in loco campestris.

Et reliqua.

SERMO VENERABILIS.

BEDA PRI.

DE EADEM

LECTIONE.

TIPSE ELE

uatis oculis

in discipulos

suos dicebat. beati pauperes